



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

XLVII. Nicolaus von Rohde, Pfarrer zu Brietzen, resignirt dem Kaiser Karl seine Pfarre und bittet um eine Pension, am 10. Febr. 1374.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

**XLVII.** Nicolaus von Rohde, Pfarrer zu Brietzen, resignirt dem Kaiser Karl seine Pfarre und bittet um eine Pension, am 10 Febr. 1374.

Serenissimo domino ac principi, domino Karolo, divina favente clementia Romanorum imperatori semper augusto, Bohemie regi nec non marchioni Brandenburgensi, Nicolaus de Rode, presbiter, vester capellanus humilis et devotus, plebanus in vestro opido Britzen, Brandenburgensis diocefeos, orationes devotas cum humili recommendatione. Invictissime domine! Omnino ad vestram majestatem, tamquam ad marchionem Brandenburgensem, pertinet jus presentandi ecclesie mee parochialis in dicto opido Britzen, quam quidem ecclesiam gravatus et afflictus meorum oculorum debilitate commode nequeo regere et gubernare, et quia vestris consensu, voluntate gratiose accedentibus eam in manibus reverendi in Christo patris, domini Thiderici, Brandenburgensis episcopi, auctorizabilis ipsius ecclesie institutoris, ad opus Hentzonis de Geristorp presbiteri, canonici ecclesie Brandenburgensis proposui et intendo resignare; Quapropter vestre celsitudini serenissime supplico humiliter et devote, quatenus vestra serena et solita benignitas gratiose dignetur admittere hujusmodi resignationem et consensum eidem adhibere gratiosum, presentando dicto domino episcopo eundem Hentzonem de Geristorp ad investiendum et instituendum de ecclesia supradicta, et quod de verbo consensu et voluntate gratiose juxta moderamen sepe dicti domini episcopi de redditibus ipsius ecclesie de aliqua pensa annua mihi gratiose provideatur ad vitam duntaxat meam, ne omnino beneficii mei caream commodo et in opprobrium cleri videar mendicare. Datum Britzen, anno domini millesimo CCC<sup>mo</sup> septuagesimo quarto, die beate Scolastice virginis meo sub sigillo presentibus appenso.

Nach dem Orig. im Brandenburg. Capitelsarchive.

**XLVIII.** Der Domherr in Brandenburg, Heinrich von Gersdorf, wird auf Präsentation Kaiser Karls IV. zum Prediger in Brietzen bestellt, am 12. März 1374.

Nos Otto, dei gratia prepositus, Bertramus prior totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, quod, cum canonici et fratres dicte nostre ecclesie antiqua consuetudine et approbata consueverunt ecclesias seculares regere et gubernare: et quia serenissimus princeps et dominus noster, dominus Karolus quartus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus et Bohemie rex, nomine sui et filiorum suorum tamquam marchionum Brandenburgensium, ad quos jus presentandi ecclesie parochialis beate Marie virginis in Bryccen, Brandenburgensis dioc. pleno jure spectare dinoscitur, Henricum dictum de Geristorp, presbiterum et confratrem nostrum, generalem in spiritualibus reverendi in Christo patris et domini nostri, domini Thiderici, dicte ecclesie Brandenburgensis episcopi, vicarium, ad dictam ecclesiam, rectore vacantem ratione predicationis officii presentavit eidem domino episcopo, ad quem ipsius ecclesie pertinet auctorizabilis institutio, ad instituendum et investiendum eundem Henricum de ecclesia antedicta, cui quidem presentationi sic facte nec non institutioni et investiture ac aliis ceremoniis seu sollempnitatibus circa premissa exercendis, habendis et fiendis capitulariter congregati

Sauptstheil I. Bb. IX.